



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

80. Consternatio Batavorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1665. *Super paludes Bour- vanga.* dies potentior, & *Bourvanga* vastitatem pemeare, palustris humus, vix usquam equitabilis, & voragine passim obvix vetabant. Cum autem effugium aliud nullum occurreret, iter *Hedam* Embslandix pagum & *Aphes* ex adversa ripa ( *Crucigerorum* quondam Monasterium ) *Bourvanga* paludi pontem imponi jubet. Minor isthic inter utramque oram distantia erat, nec ultra sesquimillium Germanicum latitudo extendebatur. Magna igitur festinatione certantibus utriusque operis, machinam fabricant. Congerunt fascies, virgulta, viminaque & everis etiam in hostico domibus, tigna, trabes, tabulae, ferres, & quidquid usquam erat in vicinis agrorum, ut pons confiat.

80. *Consternatio Batavorum* Ingens sub hac consternatio in Batavia fuit; nam late terrorem sparserat haec Monasteriensis expeditio. Dum *Isala* vicinior *Christophorus Bernardus*; *Gelri*, *Zutphanis* que auxilia inclamant: & *Groningeni* item, ac *Frisia* è tractu, qui excubabat ibidem miles *Batavus*, inusitata promptitudine mittitur. Ut primum verò angusta viarum ad *Staphorsum* penetrat, seseque in *Dronthiam* effundit hostis, nudatam dolent Provinciam *Frisij*; & ipsi & *Groninga* festinato copias revocant, quas paulò antè concesserant *Transsalanorum*, *Gelrorum*que necessitati *Fortissimae Batavorum* Legiones, classim mixta,

mixtæ, adhuc Oceano innatabant. Non ces-  
 sabat in *Zutphanis*, ac *Transisalanis* timor, à  
 numerofo subactarum tot arcium & oppido-  
 rum præfidio. In *Groninganis* ardebat *Vca-*  
*legon*. Vastari fuas quique Provincias ge-  
 mebant; & nutantibus etiam amicis exter-  
 num quæri subsidium, ipfo fortassè malo pe-  
 jus. Jam annitente *Waldeckij* Comitibus o-  
 perâ cum Principibus *Brunsvico-Lunaburgicis* cum *Lu-*  
 Ordines fœdus icerant, peditum octies, equi-  
 tum verò quater mille pacti.

In Franciâ *Beuningius* Reip. Orator (vir  
 Consularis, & tunc vix ulli in Belgio secun-  
 dus) aures quotidie Regis pulsat, ut lege fœ-  
 deris suppetiæ mittantur. Et Rex quidem,  
 ut antea dixi, non unâ de causâ in id satis pro-  
 pendeat. Jamque subsidio Batavorum de-  
 stinârat duo equitum, ac quatuor peditum  
 millia, selectum militem, *Pradelio* Duce; &  
 in eo tantum laborabat, quâ commodiore viâ  
 in Confœderatum Belgium ducerentur. Nam  
 Hispani, quem ante *Britannis* negaverant  
 transitum, auxilia *Monasteriensi* parantibus,  
 non posse nunc, ajebant, Gallis concedi fa-  
 vore Batavorum, sinè offensa *Caroli* Regis.  
 Sed & *Philippum* Monarcham suum opportu-  
 nè jam *Cæsarem* monuisse, ut Bellum hoc au-  
 thoritate sua quantocyùs sopiret. Effectum  
 hunc priùs expectari oportere. Ea Hispa-  
 norum difficultas primam augebat suspicio-

1665.

Eorum

fœdus

Lunaburgi-  
cis.

81.

Suppetiæ

ex Gal-  
lia.

Yy

nem